

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich Berlin, 1859

I. Die Markgrafen Otto und Konrad bestätigten dem Kloster Kolk seine Güter und Gerechtigkeiten, doch unter Aufgabe der Rech	ite des
Stifts auf die Orte Arenswalde und Samentin, am 25. April	•••
Nutzungsbedingungen	

urn:nbn:de:hbz:466:1-55359

Arenswalde, Marienwalde und Reetz.

I. Die Marfgrafen Otto und Konrad bestätigen dem Kloster Kolbay alle seine Güter und Gerechtigkeiten, doch unter Aufgabe der Nechte des Stiffs auf die Orie Arenswalde und Samentin, am 25. April 1282.

In nomine fancte et individue trinitatis amen. Nos fratres Otto et Conradus, Dei gratia marchiones de Brandenburgh, Omnibus hanc paginam inspecturis fulutem in perpetuum etc. - dilectis in Cristo abbati et fratibus monasterii de Colbas, ordinis Cisterciensis, Camminensis diocefis, justa poltulantibus, patris nostri domini Johannis pie memorie vestigiis inherentes, animo libenti clementer annuimus et ipfum monasterium cum omnibus ibidem degentibus et ad ipfum pertinentibus feripti privilegio communimus, Inprimis confirmantes eis quascunque possessiones, quecunque bona idem monasterium in presenti possidet principum donatione, sidelium oblatione seu justa emptione, vt sirma eis eorumque successoribus et illibata perpetuo perseuerent, que propriis nominibus duximus exprimenda: Inprimis ipfum locum Colbas, Ladebo, Recow, Reptowe, Nienmarkt, Dambne, Doberpol, Belitz, Woltersdorp, Borin, Schoneuelt, Melne, Berticowe, Wirow, Woltin, Gardina, Zillizlow, Brüfenhaghn, Brunneke, Damerowe, Clebowe, Wittftock, Bynow, Glina, Colow, Hoykendorp, Dambe, Tribus cum solitudine, sicud nunc possident in sua warandia, Bocholt, Smirdenitz, Jeseritz, Selow cum terminis et distinctionibus suis, Valkenberch, Babbin, Wardenberge, Brode, Prilop, Schonenuelt, Sabas, Trebera et predicta tria opida cum foris suis, sicud hactenus possederunt, et grangiaria Trebene, Dolitz, Doberpul, mediam villam Valkenberg, Warfyn, Lascowe, Sandow, Schonenwerder, Hoghenwolde cum terminis eorundem. Renuncciauerunt nichilominus presati fratres terminis Sammentin et Arnswolde, quos se habere aliquando affirmabant. Item Gogelowe cum terminis suis. Verum etiam villam Culfenowe in terra Colbergenfi cum lugurio falis in Colbergh. Item in terra Stolpenfi Lippenowe, Veatrowe cum fluuio Lupav, quantum adjacet terminis predictarum villarum, ficud per monticulum et paludes et arbores per manum domini Mestuwini ducis Pomera norum distincti cognoscuntur. Insuper quinque marcas annuatim in moneta Stetinensia. Item confirmamus iisdem fratibus Plonam cum libertate sua usque in Stagnum Dambe, sicud usque ad hec tempora habuerunt, et in nigro riuulo, qui dicitur Zvarnaztrow, et sub litore, quod est in parte castri Sauptth. I. Bb. XVIII.

Piritz et in riuulo, qui fluit de Stagno Colpin nullus quicquam edificet, quod vergi possit in ipsorum prejudicium et grauamen. Insuper piscationes in Stagno Meduwe et in Stagno Dambe cum duabus capturis anguillarum in Regata et omnibus locis, vbicumque cum majori vel minori fagena ad proprios vsus trahere voluerint, ficud in priuilegiis pie recordationis domini Barnym et progenitorum fuorum plenius continetur. Preterea nos ob falutem animarum nostrarum et fratris nostri domini Johannis pie memorie jam defuncti et domine Constantie marchionisse nunc defuncte eiusdem memorie necnon et omnium parentum nostrorum has predictas possessiones, quas predicti fratres de Colbas in priuilegiis principum habere noscuntur oblatas, cum omnibus terminis fuis, ficud in priuilegiis principum distincte inveniuntur, et eis, que infra ipsos continentur, feilicet in opidis et foris eorum et villis, agris, filuis, cultis et incultis, pratis, pascuis, fluminibus, riuulis, stagnis, aquis, piscationibus, molendinis, ferrifodinis, falinis, viis et semitis cum omni jure et vtilitate, que nunc est vel in faturum haberi poterit, eisdem dilectis in Cristo fratribus perpetuo possidendas benigne confirmamus. Insuper sexaginta IIIIor mansos in terra Slauenensi conterminos fratrum le Bucowe cum omni jure et vtilitate ecclesie Colbacensi damus in eternum possidendos. Fratres quoque prefati monasterii et servientes eorundem et res, naues et annonam ad expensas proprias deducendi habeant libertatem, ficud hactenus consueuerunt, et ut eis in priuilegiis principum est indultum. Confirmamus etiam sepedictis fratribus aduocatiam liberam, judicia majora et minora per suos yconomos exercenda et scabinos, qui vulgariter Lantschepen dicuntur, abbatie attinentes, perpetualiter ut prius habeant et conservent. Preterea omnes immunitates et libertates a principibus et prelatis memoratis fratribus indultas iure perpetuo in nomine domini confirmamus. Vt autem hec omnia rata et inconuulfa perpetuo permaneant, figillorum nostrorum appensione cum testium subscriptione presentem paginam duximus roborandam. Testes huius rei sunt: Adam prepositus de Stendal, Johannes et Borchardus fratres de Irekesleue, Johannes de Stegelitz, Fredericus de Eykstede, Georgius de Brewitz, Johannes de Oldenflete, Sifridus, Lodowicus, Haffo, Zuliz, Ludolfus fratres de Wedele, Hermannus de Piecler milites, et alii quam plures fidedigni. Datum Conigesbergh, anno Domini millesimo ducentesimo LXXXIIº., septimo Kalendas Maij.

Aus ber von Dregerichen ungebr. Urfunbenfammlung.

II. Die Markgrafen Otto und Konrab treten unter Zuziehung bes Markgrafen Johann bem Kloster Kolbat Ländereien zur Stiftung eines neuen Klosters ab, ben 10. August voer 17. September 1286.

Im Namen der heiligen vnd vnzertheilten Dreyfaltigkeit. Amen. Wir Otto vnd Conradus, Gebrüdere, von Gottes Gnaden Marckgrafen zu Brandenburg etc., entbieten allen Chriftgläubigen Leuten, die diefen Brief lefen werden, ewige Seligkeit. Auf das der Weinberg des Herren gepflanzet vnd erbauet vnd Füchslein gefangen werden, die da vermöglich den Weinberg zu erhalten so hat der vorsichtige Hausvater aus zeitigem vnd gutem Rath, seinem Weinberge, welcher